



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ex deformitate licita

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Potest tamen hæreticus pœnitens in suscepto Ordine ministrare.

* Maiol. l. 5. c. 46. Nau. l. c. Vinal. n. 60. Tolet. l. c. Vide l. 1. 25.

Potest tamen ꝛ Habita dispensatione, non autem ad altiores gradus euehi Maiol. l. c. n. 2.

ꝛ Neophytus, scilicet ante annos decem à conuersione ad fidem.

Dispensat in prædictis Papa.

* Vinal. n. 53. lege Sayrum l. c. nu. 10. De Neophytis multa Couar. de homic. p. 1. §. 2. n. 7. dicens, tunc Neophytos ab Episcopo ad ordines, & beneficia admitti posse, cum nouit eos christiana disciplina apprime imbutos: certè D. Ambr. recens regeneratus in Episcopum Mediolanensem electus est.

Dispensat ꝛ Nau. l. c.

Ex deformatione licita vide Ex illicita.

1. **Q**ui post baptismum occidit aliquem aut mutilat (non causa morbi, aut iuste defensionis vitæ) viuentis membrum habens distinctum per se officium, est irregularis.

* De hac re vide Sayrum l. 6. c. 15. Nauar. à numero. 206.

Post baptismum ꝛ Nau. nu. 209. Sayrus l. c. n. 10 licet quidam dicant, etiam ante baptismum. ꝛ officium ꝛ Sayrus n. 14. Nau. l. c.

2. Quidam putant defendentem quidem se, aut patrem, aut filium, aut vxorem, non esse

P

Irregu-

Irregularem, esse verò qui alium quempiam defendat: alij etiã istum excusant, quod mihi magis placet, nisi faciat publica auctoritate.

**Nau. num.* 213. neminem ob vitæ alterius, ob honoris, rerumue defensionem excusat ab Irregularitate: *Idem Maiol. lib.* 5. c. 48. nu. 9. *P. N. l.* 2. c. 3. n. 418. *Coua de homic. p.* 3. §. vii. nu. 5. excusat, ob necessariam vitæ alterius defensionem: *Vinal. n.* 228. idem dicit de filio, vt vxore: tutor & communiõr prima sententia, secunda probabilissima. *Sayrus l.* 6. c. 15. nu. 21.

3 *Digitus non est membrum, nec dens, nec cartilago auris, nec testiculi (secus est de membro genitali) nec secundum quosdam, mamilla foeminæ: Nec nasus; at mihi esse videtur, vt est oculus.*

**Digitus* *Calet.* 2. 2. q. 65. art. 1. *Sot. l.* 5. q. 1. art. 1. putant, digitum abscindentem esse Irregularem: non autem eum, cui recisus est si non sit magna deformitas: *Nau. n.* 206. negat, cum *V. al. t.* 3. d. 5. q. 9. *P. vni. Say. l.* c. nu. 14. vide *Couar. l.* c. in iõ nu. 8. *Maiol. l.* 1. c. 14. *Cartilago* *Coua. l.* c. Mamilla: *Id. ibidem:* alij tamen negant *Say. l.* c. n. 18. *Dens* *Vina. nu.* 154. 156. *Sayrus c.* 8. num. 16 *Maiol. l.* 1. c. 24. *Testiculi* *Nau. nu.* 206. *Vide Maiol. l.* 1. c. 15. *Vinal. à nu.* 165.

At mihi *Sayrus c.* 8. nu. 14. *Maiol. l.* 1. c. 22. *Vinal. nu.* 150.

4 Non sufficit debilitare, nisi mutiletur. Oportet verò dedisse ad id causam propinquam

quam, & ad deformationem directā ex natura sua: tale autem est, adiudicare morti, accusare, testificari: at tale nō videtur esse, iudicem aliquem constituere, aut ei causam committere etiam criminalem: nec denuntiare crimen quod nō meretur deformationem: nec denuntiare hæreticum, etiamsi scias cōburendum: nec eum tradi ab Inquisitore brachio seculari: nec facere opus ad quod quis tenetur Iure diuino, aut naturali, vt Confessor qui nō vult absoluere reum, nisi fateatur crimen; aut Iudicem, nisi faciat quam debet iustitiam: nec dicere malefactores dignos esse morte, aut de eo legem ferre: nec hortari in bello iusto ad occisionē, aut aliquem ad pōnendam vitam pro virtute; aut volentem occidere, vt potius mutilet: nec dare arma bello iusto: nec pugnare in bello iusto etiamsi dubites an in eo aliquem occideris: nec occidere in bello, si ad id Papa misit; censetur enim eo ipso dispensare, nec si Clericus medeatur ægro etiam sciendo, & ex eo sine illius culpa moriatur; nec accusare reum, protestando Iudici se nolle eius deformationem, etiamsi mentiatur (non est autem protestatione opus, si Iudex est Ecclesiasticus, aut crimen non dignum pœna sanguinis) nec clamare contra lædendum proximum; etiamsi inde mors sequatur; est enim illud de Iure naturæ, quod per posituum non punitur: nec iuste infligere vul-

nus non mortale, si ex eo sequatur mors: nec
vertere agrum qui ex eo præter intentionem
citius moritur: nec puerum in periculo bapti-
zare: qui ex eo citius moritur.

*Nisi 3 mutilus est, cui membrum abscissum
est, qui non mutilat, sed debilitat solum non
est irregularis, *Couar. l. c. §. vii. nu. 9. ex commu-
ni Nau. n. 297. & 224.*

Propinquam 3 *Nau. nu. 209.*

Reum 3 *vide Nau. n. 226. Sayrum l. c. 16. n. 7.*

Nec denuntiare 3 *vide Sayrum l. c. c. 18. nu. 4.*

Inquisitorem 3 *Sayrus l. c. n. 26.*

Hortari 3 *Nau. 215. & Nec dare 3 *Nau. 224.**

Nec si Clericus 3 *Sot. l. 5. q. 1. ar. 9. at affirmat
Nau. num. 222. & Nec accusare 3 *vide Sayrum l.
c. c. 18.**

*Nec vertere 3 *Sot. l. c. nisi mortalis negli-
gentia excuset. *Lege Nau. nu. 229.**

5 Dispensat in prædicta Irregularitate Papa,
& ad Ordines minores, & beneficium sim-
plex Episcopus: imò, secundum quosdam, po-
test prorsus cum Iudice, & eius ministris di-
spensare: sed communis opinio, & praxis est
in contrarium. Ferè autem soli hi in eam Ir-
regularitatem incidunt, quibus assentior.

*Dispensat 3 *Vide Nau. nu. 40.*

Ex illicita.

1. **Q**ui post baptismum, viuum hominem
illicite, & cum culpa mortali occidit,
aut mutilat dando etiam ad id causam pro-
pinquam,